

Quæ sit Imago ipsius non evanescens, sed subsistens.

83. Hanc opinionem rursus alij oppugnant, eamque cum ὑποτι πώσαι ὑγιαίνόντων λόγων minime consentire judicarunt.

84. Et sanè sunt pro utraq; parte argumenta & rationes minime leves, quas paucis delibare, haud fuerit inconueniens.

Matth.  
Flacius  
Illiricus.  
D. Ioh.  
VVigandus.

85. Qui igitur Negativam contra Philippum defendebant, his potissimum se moveri rationibus sunt testati.

I. Quia hic modus sacris in literis nusquam exprimitur.

II. Quia ex patribus nemo expressis verbis, hunc generationis filij DE I modum unquam definivit: quibus tamen tum contra Arianos, tum alios hæreticos, summa cura articuli de æterna Divinitate & Generatione Filij DE I defendendi incubuit.

III. Quia iidem Patres multis admonent, ne quis in æternam hanc generationem Filij DE I inquirat: Quorum testimonia magno numero collecta reperiuntur, in scripto VVigandi, de hac ipsa quæstione, anno 1590, in lucem edito. p. 4. & seqq.

IV. Quia hæc sententia videtur somnium esse stultæ rationis, imo Valentinianorum, Basilidis, Samosatani & aliorum hæreticorum ἐνθυμήσει, hoc est, cogitationi,

pa-